SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Speculum Jesuiticum, hoc est, Demonstratio Esauitic[a]e profanitatis, Pelagianae ...

Untertitel: 1. Ethnicos fuisse naturaliter Christianos. 2. Fundum articulorum fidei esse rati...

Autor: Zephyrius, Ernestus

Verlag: Schurerus; Gorman

Ort: Witebergae; Witebergae

Jahr: 1607

Kollektion: VD17-nova

Gattung: Ordensliteratur:Jesuiten

Werk Id: PPN668481412

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN668481412|LOG_0030

OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=668481412

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

nomen, & quidem præter verum & æquum hoc ipſum feciſti: Non igitur ægrè feras, te tui nominis non germanicum, ſed ſublimius, videlicet Græcum omen audire.

SECTIO II.

Offerens alterum Honorarium Gretzero pro Honor. Polycarpiano.

H*Onorarium ex mendacijs, calumniis, convitiis, ſcommatibus compoſitum, tranſmiſit noſter* χέζων *Suita Reveren. ac clariß. viro Dn. D. Polycarpo Lyſero, quemadmodum ipſe vides & legis lector benevole. Sane in eo datur circulus & idem numerus vocum & mendaciorum, idem ambitus verborum & nugarum, quibus homo inhonorabilis ignobilis futilis (Eſaiæ 3. v. 5.* Ein loſer Mann wider den Ehrlichen) *inſurgit contra virum gravem, vultu honorabilem, adeò ut quadrent in Gryzeri excrementa, verba Pſal. 119. v. 69.*

In-

Integra volumina mendaciorum comminiſcuntur.

Non opus eſſe puto chartæ jacturam fieri nova ſcriptione iſtarum nugarum, quibus conatus eſt Suita deformare optimum virum: Magis neceſſarium puto de ἀντιδώρῳ, & gratitudine cogitare, ne conqueratur Suita, ſe vacuum & inanem eſſe dimiſſum: Suum enim venter caret auribus. *Cogitanti autem mihi de munuſculo, occurrit forte pictura aſini Pontificij, à Melanchthone explicata & Pontificijs artificioſè applicata; vide lector benevole Tom. 2. Ienenſem B. Lutheri p. 267. & ſingularũ partium explicationem Gretzero applica, videbis caput aſininum, os Draconis poſterius, evomens calumniarum excrementa, (Eſa. 9. v. 15. falſi doctores vocantur caudæ) & reliqua membra, apprimè convenire.*

Sane meo patricinio inſigne Dei & Eccleſiæ organon, D. Polycarpus non eget; Ipſe veſpertilionum, Ieſuitarum oculos ſuis virtutibus perſtringere poteſt:

teſt: Sufficiat mihi tantùm Suitæ Gretzero Honorarij loco aliquid repoſuiſſe: ſatis mihi ſit, de ἀδυναμίᾳ ejus, (quia ille blaſphemè Spiritus ſancti ἀδυναμίαν confringere audet) ſic conclamare: Non poteſt, non poteſt Gretzerus per ſcripturam reſpondere: Non poteſt, non poteſt igitur non maledicere, furere, grunnire, rudere, κύζειν, latrare, *inſanire. Non poteſt, non poteſt nõ ex ore Draconis excrementa mendaciorum, calumniarum, evomere. Euſeb. lib. 4. cap. 14. ſcribit:* Vniverſa multitudo quæſivit cum admiratione, utrum tantum eſſet diſcriminis inter infideles & electos, è quorum numero eſſet Polycarpus vir noſtris temporibus præſtantiſſimus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. *Quæret ſimiliter, Gretzere, univerſa multitudo Eccleſiæ an tantum diſcrimen ſit inter infidelem Gretzerum, Spiritus ſancti omnipotentiam negantem, & D. Polycarpum Lyſerum noſtro ſeculo Theologum excellentiſſimum. Reſponſum accipiet:*

Inſi-

Infinitum: tanquam inter fidelem & infidelem, blaſphemum & non blaſphemum, θεόλογον καὶ ἀθεόλογον, ἄθεον, *Suitam, ſuem, & hominem.*

SECTIO III.

Offerens Honorariũ Gretzero pro ſcelere, quo Reverend. & Clariſs. viris Dn. D. Polycarpo, nec non D. Mylio ſeditionis crimen falsò intentat.

M*Ahomet, in ſua conſcientia convictus & conſtrictus, de ſuorum librorum mendacijs copioſiſſimis ipſe teſtimonium perhibuit: Scripſit ille librum, continentem duodecim millia verborum. Admirantes autem quidam, & de veritate illorum quærentes, accepêre reſponſum à mendace,* tantùm tria millia eſſe vera, reliqua plenè & Luth. Tom. 8. Ien. p. 25.